



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Confirmatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

ANABAPTISTAE autem una cum ministerio commencemente confirmationem, singunt expectandas esse nouas revelationes & illuminationes à Deo, easq; perendas magnis macerationibus corporis, sicut monachi, & olim ἐνθυσιασται finixerunt. Hęc fanatica deliria, execranda sunt. Oriuntur autem ex falsis persuasionibus de scriptura legis, & ex ignorantie doctrinæ fidei. Nō os contra fides Deum immensa bonitate patefecisti voluntatem suam in Euangelio, nec alias illuminationes quærendas esse, sed fidem & invocationem tantum, hoc ipso Euangelio nobis exhibito, & Deus vult eis publicum ministerium, idq; mirabiliter conferuat, & subinde repugnat hoc Euangelium exhibitum, sciamus Ecclesiam alligatum esse dicit Paulus Ephes. 4. his verbis: Institutum esse ministerium Euangelij, ut Euangelium conferuetur, ne circumferamus omni veritatem.

## CONFIRMATIO.

OLIM fuit exploratio doctrinæ, in qua singuli recitabant summa doctrinæ, & ostendebant se dissentire ab Ethniciis & hereticis. erat mos ad erudiendos homines, item ad discernendos predicatorios admodum utilis. Postea siebat publica precatio, & Apollonius imponebant eis manus. Ita donabantur manifestis donis Spiritus Sancti. Sed nunc ritus Confirmationis, quem retinent Episcopi, est profusa otiosa ceremonia. Utile autem esset, explorationem & praeficationem doctrinæ fieri, & publicam precatiōnem pro p̄j̄s, nec expensas efficiere inanis.

## DE VNCTIONE.

VNTUS olim curatio medica fuit. Nam Deus ut autorizationem quam Patribus & Prophetis circundaret, inde usq; ab initio nauti eos dono sanandi, vt Abraham, Isaac, Iacob, Iesaias, & similes viri professione medici fuerunt. Estq; per hos viros, una cum doctrina verae religionis, propagata doctrina physica de plantis, & medicis naturae partibus. Hunc veterem morem renouauit Christus, cum iussit Apostolos, iussit eos moderi ægrotis, & instruxit dono summo. Hoc donum manit in Ecclesia etiam postea, & certum est, adhuc nos precibus Ecclesiae sanari. Hęc moneri vtile est, vt discamus donum esse corporis incolumitatem, quam tribuit ut alios inferimus. Hanc vult peti, & quadam diligentia foueri. Sed ritus vñnis qui nunc est, tantum est superstitionis ceremonia: & accelerationis rnuocatio, quæ est impia. Ideo vñctio illa cum suis p̄ficiis reiçienda est.